

A2 Latin Unseen Prose (Livy) Past Paper: 1998 (The Abydeni choose death over surrender to King Philippus)

2

- 1 Translate the following passage into English. Write your translation on alternate lines.

King Philippus attacks the town of Abydos; when the townsfolk face defeat, they decide that death is preferable to surrender.

At first the citizens of Abydos, placing artillery along the walls, prevented the attackers from approaching. Then part of the wall was breached and tunnels were driven as far as the inner defences.

Abydeni¹ legatos ad regem de condicionibus tradendae urbis miserunt. poscebant ut sibi liceret urbe excedere cum singulis vestimentis. quibus cum Philippus nullam pacem fore nisi omnia permittentibus respondisset, hoc responsum iram adeo accedit ut matronas omnes in templo Dianaee, pueros virginesque, infantes etiam cum suis nutricibus in gymnasium includi iuberent, aurum et argentum in forum deferri, sacerdotes victimas adduci et altaria in medio poni. ibi viri delecti sunt qui, ubi caesam aciem suorum pro diruto² muro pugnantem vidissent, extemplo coniuges liberosque interficerent, aurum argentumque in mare deicerent, tectis publicis privatisque, quam plurimis locis possent, ignes subicerent. tum milites iurant neminem vivum nisi victorem acie excessurum. hi, memores deorum, adeo pertinaciter pugnaverunt ut, cum proelium nox dirempta esset³, Philippus prior, territus rabie⁴ eorum, pugna abstiterit. principes, quibus atrocior pars facinoris delegata erat, cum paucos et confectos vulneribus ac lassitudine superesse proelio viderent, luce prima sacerdotes ad urbem dedendam Philippo mittunt. qui, auro argentoque accepto, hominum praedam omnem amisit. tanta enim rabies⁴ multitudinem invasit ut repente omnes ad caudem coniugum liberorumque discurrerent seque ipsi per omnes vias mortis interficerent. obstupefactus eo furore rex suppressit impetum militum et triduum⁵ se ad moriendum Abydenis¹ dare dixit. quo spatio plura facinora in se vici ediderunt⁶ quam infesti edidissent⁶ victores, nec quisquam vivus in potestatem regis venit.

Livy XXXI.17–18 (adapted)

¹Abydeni, -orum m.pl.

²diruo, diruere, dirui, dirutum

³dirimo, dirimere, diremi, diremptum

⁴rabies, -ei f.

⁵triduum, -i n.

⁶edo, edere, edidi, editum

The citizens of Abydos

I destroy

I interrupt

madness

three days

I commit

[30]

